

proximè. Lucas Pat. dist. num. c. Franc. in d. cap. consuluit n. 3. & in c. 1. num. 6. de appellat. in 6. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. n. 44. & limit. 1. sub num. 44. Capiculus decif. 1. n. 20. latè Cardin. Tufchus pract. conclus. tomo 1. litera A. conclus. 360. ubi plurimos adduxit, & talis causa debet exprimi in appellatione ab interlo-  
 15 cutoria, quæ si foret probata, reputaretur legitima, aliàs ipsa appellatio non tenet, nec admittitur Philipp. Fran. in c. ut debitus honor. num. 5. versiculo 2. tene menti, de appella. quem etiam sequitur Sigismund. Scaccia tra-  
 16 ctatu de appellat. q. 2. sub n. 48. sed gravaminis nondum illati nulla potest certa, & legitima causa exprimi in appellatione: quia non entis nullæ sunt qualitates, ergo talis appellatio conditionaliter emissa à grava- mine inferendo, nulla justè reputatur: ita in terminis argumentatur Philipp. Fran. in d. c. ut debitus, quest. 2. sub n. 9. & in d. c. dilecto, nota 3. sub n. 3. de appell. Corneus in consilio 80. incipit. in decisiois sub num. 3. ubi an- tequam illatum gravamen, lib. 1. Scaccia tract. de appell. 179. s. articulo 2. sub n. 103. qui omnes dicunt, hujusmo- di appellationem nullam ex hac ratione, & insuper etiam ex ea, quoniam isthæ appellatio conditionalis à noadum gravamine illato, sed inferendo interponi, di- citur à futuro gravamine, quæ minimè admitti debet, comprobant insuper ex hac ultima ratione omnes Doc- tores superius citati in principio hujus capituli.  
 18 Quare cum hæc conditionalis appellatio, si contra- rium feceris vel à gravamine nondum illato, sit nulla, pariter nullos juris effectus operatur, tum quia causam non devolvit ad superiorem, ita in terminis tenent Pu- tens decif. 311. & 313. p. 3. Achilles de Grassis decif. 14. de appellat. Marta in compilatione, decif. 1. tomo, titul. de appella. c. 93. ac propterea nec impedit hujusmodi appellatio judicem, quominus validè possit ad ulterio- ra procedere in causa, absque reatu attentati, ita docet Innoc. in c. significaverunt, sub num. 3. vers. sed si monachi de testibus, Sigismundus Scaccia tractatu de appell. q. 5. articulo 2. n. 108. optimè Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limi. 50. à num. 192. Achill. de Grassis decif. 24. de appell. & ita Rotam tenuisse in una Bacar. Monal. coram Junio 15. Decembr. 1597. testatur Lan- celot. ubi proximè, n. 194. juxta juris regulam, quia non præstat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum, quo attentò meritò per Senatùm, ad quem iur per hanc viam violentiæ, declaratur, vel vim non fieri, vel ut plurimum pro nunc vim non fecisse judi- cem hoc est, dixeron que por agora no haze fuerça, y se remite, &c. cum adhuc gravamen, super quo cadere possit appellatio, non apparet.  
 Sed major extat difficultas, an interposita appellatio conditionalis, vel à gravamine inferendo, si gravamen postmodum subsequatur per judicem illatum; præ- dicta appellatio præcedens roboretur, ita ut ei deferre teneatur judex, vel an erit necessè, aliam de novo à subsecuto gravamine interponere, & quòd hujusmodi appellatio conditionalis, si me gravaveris, appello, si illud non facias, &c. si valida, & teneat ex eo, quòd non potest dici à futuro gravamine, sed potiùs à præ- terito: quia cum sit conditionalis adveniente conditione trahitur ad tempus existentis conditionis & habetur, ac si appellatio interponeret post gravamen ut affir- mant Abb. Panormi. in c. significaverunt, num. 10. & 11. de testibus, argumento cap. si propter, & ibi glossa de rescriptis, lib. 6. & idem nititur sustinere Decius in c. dilecto 63. sub num. 5. vers. sed tamen iis remotis, & n. 6. & 7. de appell. pro quo facit, quoniam actus conditio-  
 22 nalis purificata conditione trahitur in præteritum, & habetur perinde, ac si à principio fuisset purè celebratus, l. necessario, versiculo quod si pendente conditione ff. de atio. empti. textus in leg. si te solum, ff. de hered. instit. leg. si pupil. ff. de conditio. instit. l. sed & si de sententia, §. fin. de acqui. heredit. leg. si à reo, §. sub diversis, ff. de fidejuss. l. fin.

ff. de verborum, notabilis text. in l. potior, versiculo fin. ff. qui potior hab. leg. qui balneum, versiculo fin. eodem titul. l. nec scripto ff. de contrahen. empti. l. si quis uxori, §. n. ff. de furtis, leg. sub conditione, ff. de solutio & utrobique Doctores citati. Tiraquell. de retr. lignagi §. fin. gloss. 2. n. 27. fol. mibi 34. latissimè, & optimè prosequitur An- ton. Gomez. tom. 2. vari. c. 11. à n. 30. igitur accedente gravamine, prior appellatio tenet, & aliam noviter in- terponi non est necessè, quia gravamen, quod pro con- ditione erat appositum, retrahitur.  
 Secundò probatur hæc pars, quoniam appellatio 24 conditionalis, patè, si contrarium feceris, &c. advenien- te conditione, hoc est gravamine illato per judicem, de- volvit causam ad superiorem, & ex eo tempore, quo ac- cedit gravamen & conditio, currit appellanti tempus ad illam prosequendum; ita tenet in terminis Puteus decif. 111. & melius decif. 113. Achilles de Grassis decif. 14. de appell. & illis citatis, idem videtur dicere Maria in compilatione, decif. tom. 1. tit. de appell. c. 95. ergo evi- denter apparet, aliam novam appellationem non esse necessariam à subsecuto gravamine.  
 Sed nihilominus contrariam opinionem, imò quòd 25 conditione, & gravamine superveniente, non revivif- cat, nec convalescat appellatio præcedens, imò quòd alia sit necessaria à dicto gravamine postmodum inter- ponenda, ut veriorè amplector, quoniam omnes 26 Doctores superius ad principium citati ex rationibus, quas in fundamentis sursum adduximus, unanimiter fatentur, appellationem conditionalem, & à grava- mine non illato, sed inferendo, esse nullam, non de- volvere, nec causare attentatum, tanquam nullam: ergo postmodum, nec poterit convalescere, quia quòd à principio non valet, tractu temporis non firmatur, l. 27 quod in initio vitiosum & leg. penult. ff. de regulis jur. & utrobique latissimè Philippus Decius plures doctrinas, & exempla in comprobationem adducunt regula non firmatur, de regulis jur. in 6. §. 1. institut. de exheredat. liber. cap. 1. de despon. impuber. cap. 1. §. 1. de prohibi. feud. alien. ergo per accessum conditionis non debet conva- lidari prout ad responsonem contrariam clariùs ap- parebit.  
 Et in terminis quòd alia appellatio sit necessaria, pro- 28 bat Innoc. in d. c. significaverunt, 6. num. 3. versicul. sed si monachi de testibus, quem sequitur Sigismund. Scaccia tractatu de appell. quest. 2. art. 2. num. 168. dum dicunt, quòd hujusmodi appellationes, conditionales non im- pediunt, quin valeat, quidquid sit post eas, etiam si ju- dex postea per sententiam denegat, quod appellans pe- tierat in appellatione conditionali, quia tunc appel- lans debet rursus appellare post denegationem, quia in ea nullum gravamen, vel causa suberat, tempore primæ appellationis, quod quidem etiam de mente est omnium Doctorem superius citatorum in principio hu- jus capituli, ex quibus quidem non obscure colligitur, & apparet.  
 Quibus suppositis, non obstant in contrarium ad 29 ducta fundamenta. Non primum ex doctrina Abbatis, quia est contra communem opinionem ab omnibus re- ceptam, de qua supra, ad princ. eam communem etiam testatur Felin. in d. c. significaverunt, sub num. 9. vers. extra glossam, & quod communiter sequatur per Doc- tores, & soleat pro notabili allegari ab omnibus, testatur ipse Abb. in d. c. significaverunt, sub n. 10. vers. sed qua- ro quid communem etiam dicit Philipp. Fran. in cap. ut debitus honor. q. 2. sub n. 9. vers. quarto eandem, post me- dium, vers. & ideo tenenda videtur communis opinio de qua supra, qui etiam ibi tenet adversus Abbatem, & sequitur Scaccia de appella. q. 5. art. 2. n. 105. & pariter Abbatem reprobat Aymon. conf. 80. num. 7. tomo 1. ubi & ibidem illum arguit de contrarietate sui ipsius, cum illud ipse Abb. affirmasset in cap. dilecto, in princ. de appellat. & sic tam Abb. sibi inconstans, quam Decius audiendi non

non sunt, quia contra communem jura fundatam sec- tari voluerunt.  
 30 Nec obstat secundum, quod conditio superveniens retrahitur, & facit, actum purum à principio juris fictione, quæ etiam est ratio Abb. cui respondet Franc. ubi proximè, quod cum appellatio à futuro gravamine nondum illato non valeat, judicium non debet esse in- pendenti, l. quemadmodum, ff. de judici, & quia ubi aliquid prohibetur, fieri per viam principalis disposi- tionis, nec etiam potest fieri per modum conditionis, juxta textum in leg. Sejus, & Augerius, ff. ad leg. fal. & ibi B. & ipse Franc. ibi.  
 31 Ulteriùs responderetur magis in specie: nam ad hoc ut conditio retrahatur ad tempus principalis disposi- tionis, debet concurrere habitas extremorum, secus autem quando aliquod extremum reperitur inhabile, five ex parte personæ, five ex parte rei in dispositione deductæ, quia tunc non retrahitur. Enimverò in materia fictionis, hoc est principale, & substantiale re- quisitum, quòd otanis fictio translativa de tempore ad 32 tempus, duo desiderat extrema habitia scilicet; tem- pus ad quod extenditur, & tempus à quo incipit exten- sio, textus est juncta gl. in leg. donationes, quas parentes, in fin. Cod. de donat. inter virum, & uxorem, textus in l. 2. Cod. de inoffic. donatio. & ibi glossa not. verbo familie er- ciscunde, & ibi communiter Doctores l. 1. §. si pater filio, ff. de usucap. pro donato, juncta gloss. fin. gl. in l. talis scriptu- ra, §. fin. gl. fin. ff. de lega. 1. text. etiam juncta gl. in l. Gal- lus, §. sic jus, ff. de lib. & post. & ibi notant B. & commu- niter DD. l. observare, §. fin. ff. de offi. proconsulis, & leg. & ibi Bald. & Alberti. ex de extremo à quo prob. text. notab. in l. quoties, ff. de nov. quem text. ibi ad hoc no- tat & commendat Bart. Paul. Immola, & communiter DD. text. in leg. necessario, versiculo sanè, el. 1. ff. de peric. & commoda rei vendi, textus in l. eum qui, §. fin. ff. de verbo- rum oblig. text. in leg. cum heredes, §. 1. ff. de acquir. poss. text. in leg. huic scriptura, ff. ad l. Aquil. leg. ejus qui, ff. de testam. & utrobique B. & communiter DD. latè profes- quitur & ad plures inde inferens mirabiles doctrinas, & quaestiones Ant. Gomez lib. 2. var. c. 11. sub nu. 30. vers. 3. & principaliter limita. per tres columnas.  
 33 Itaque sequitur, ut in nostro casu non potest dari hæc fictio translativa de tempore ad tempus, quia ex- tremum, ad quod extenditur, reperitur inhabile, & à jure reprobatum, cujus principio jus resistit, appella- tionemque conditionalem, & à ferendo gravamine ir- ritans, & annullans ex dicit. c. dilecto, & cap. ut debitus honor. de appell. & ex iis que hæctenus latè probavimus: ac propterea impossibile est ut utrumque extremum conjugatur: cum alterum non subsistat juris resiten- 34 tia, quoniam sicut lex non potest fingere super impos- sibili de facto, vel de natura, ita nec sub impossibili de jure, quia aliàs jus sibi ipsi repugnaret, fingendo vale- re, id quod aliàs improbat, & annullat, ut notat Paul. de Castro, singulare dicens in d. l. talis scriptura, col. fin. de leg. 1. Jason. ibi colum. antepenult. n. 26. & Bald. in leg. fin. C. de usucapi. pro donato. col. 2. & in leg. sive possidetur, C. de probatio. col. 2. & in cap. innovat. de electione, col. 2. pro 35 quo est textus in leg. ex contrario, ff. de acquir. possess. secundum communem intellectum, optimè Ant. Go- mez, ubi proximè, sub d. n. 30. vers. ex quo deducitur, & infertur, &c. & idem dicendum est de præsumptione; quæ ad id, quod de jure fieri non potest, non porrigi- tur. Signoro conf. 259. n. 2. Corneus consil. 81. num. 38. lib. 1. Areti. in d. l. 1. §. ex contrario. nota 1. & ibi Soci. n. 2. ff. de acquir. poss. Roma. in leg. si donatio, n. 24. versiculo cum ergo non possit, Cod. de collatio. Mantio. de contract. 2. tomo, lib. 13. à n. 20. cum sequentibus, & facit l. 1. C. de natur. a. lib. & in l. 3. Cod. de donat. inter. qui etiam dicunt, quod jus non fingit, quod juri contrarium est: 36 facit etiam quæ Mafeard. de probationib. tom. 2. concl. 605. n. 2. & à princ.

Et eo insuper, nam cum principalis dispositio, hoc 37 est, ipsa appellatio à futuro gravamine, seu conditio- nalis non subsistat & annulletur, nec ea, quæ sequun- tur, locum habent; ideoque conditio, precarium, similia evanescent, l. nihil dolo, §. cum principalis, leg. cum principalis, ff. de regulis jur. & ibi latè Philip. Decius §. liberis institui. de vulg. & paup. §. servus institui. delega. l. 2. ff. de pecul. lega. leg. Julius ff. qui potior. in pign. hab. leg. Aurelius. §. legatum. de liber. lega. l. non dubium, C. de leg. c. accessorium, de regul. jur. gloss. in l. si patronus, §. si patronus, si quid in fraudem patro Bald. in l. ex tes- tam. leg. de fideicom. Alex. consil. 81. lecto & discusso, col. 4. lib. 2. B. in leg. nemo potest, de leg. 1. Roma. consil. 246. clarissimè & idem Roma. consil. 15. viso compromisso, du- bio 2. Jas. in l. 1. Cod. de judi. & in leg. hujusmodi, §. lega- tum, de leg. 1. Hippoly. de Marfi. singul. 17. & singul. 125. Socin. consil. 61. in præsentè consultatione, col. vo- lum. 4. Anchara in repetitione d. c. accessorium, col. cer- tissimum est, ut in nostro casu utrumque extremum deficiat, & ideo meritò dicta conditionalis appellatio non valet, & si in ea dicatur appello, si me gravaveris, vel si hoc feceris, ex nunc prout ex tunc, docent, Bald. 38 in additio. ad Specula. titulo de appell. col. 12. versiculo dubium fuit, an si dico appello secundo, Innocent. in cap. significaverunt, de testibus, Philippus Franch. in d. c. ut debitus honor, questione 2. sub n. 9. vers. 2. quaritur, post princ. de appellati. optimè Philip. Corneus in consilio 8. sub n. 6. lib. 1. Achil. de Grassis decisioe 14. de appellat. n. 6. in fin. & 7.  
 Nec obstat ultimum fundamentum contrariæ, partis 39 ex Puteo, Jacobo de Grassis, & Marta, quoniam lo- quuntur in appellatione conditionali interposita in ex- trajudicialibus, in quibus cum non detur aliquod ex- tremum inhabile, cum jure permissum sit, à futuro gra- vamine appellari in extrajudicialibus (ut statim pro- babo) appellatio sit à principio valida, pendens à fu- turo eventu, ideo adveniente gravamine non impedi- tur translativa fictio de uno tempore ad aliud, nec con- jungi extrema, quæ habitia sunt. Et quòd in extraja- dicialibus appellatio admittatur, & teneat à futuro 40 gravamine, probant expressè dictæ decisiones citatæ n. 24. & per d. decisionem Achill. de Grassis de appell. 14. aliàs 240. n. 3. tenet Sigismundus Scaccia in tracta- tu de appell. qu. 5. art. 2. dicens etiam, quòd conditio- nalis appellatio in extrajudicialibus devolvit causam 41 nisi securo gravamine, quoniam cum sit conditionalis, nihil ponit inesse, nisi secuta conditione, etiam inter- posita cum clausula, ex nunc prout ex tunc, & Pu- teus in d. decif. idem dicit, & ad hunc sensum referen- dus est Lancelotus de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. n. 192. & sequentibus, dum ex decif. de Grassis, generaliter, & in- distinctè loquitur, & sic secundum Doctorem, quem allegat, & in quo fundatur, debet omnino intelligi, & quòd in extrajudicialibus teneat appellatio hæc Natta 42 conf. 106. approbo, in fin. n. 14. idem Philippus Fran. in c. consuluit. el. 2. sub n. 4. vers. quid autem sit, & iterum in c. dilecto. 23. notal. 3. vers. de quo tamen appell. Cæsar Con- tard. in repetitione leg. un. limit. 25. sub n. 2. Cod. si de momen. poss. ex quibus quidem comprobata remanet hæc opinio, & conclusio, ut in judicialibus actibus prima appellatio conditionalis, vel à nondum gravamine illa- to non valeat, nec teneat, & si postmodum gravamen sequatur, debet omnino post gravamen ab illo de novo appellare, aliàs si virtute prioris appellationis conditio- nalis ad Senatm recurratur per hanc viam violentiæ; 42 vim non fieri, vel non venire per ordinem, declarabi- tur, & justissimè, ut ex hæctenus dictis apparet. Et qui- bus manifestè insuper constat, hoc procedere, etiam si aliàs gravamen sit tale, quod ab eo legitimè valeat ap- pellari, quia vel habet vim diffinitivæ, vel continet damnium irreparabile, vel præjudiciale sit causa prin- cipali, de quorum singulis suo loco diximus, quia cum 43

appellatio non subsistat, nec teneat, nec devolvat, nec suspendat, nec est cui deferatur, cum non entis nulla sint qualitates, ideo deficiente appellatione, ad Senatam trahi prohibetur.

44 Sed quid dicendum, quando pars terminum, aut aliquid fieri, petit a iudice, qui declarat non faciendum, & pars comparet, & petit revocari illud gravamen, & nisi revocaverit, appellat; an huiusmodi appellatio tanquam conditionalis teneat, & sit deferendum; si super legitimo gravamine sit interjecta. Quam difficultatem recte explicat Innoc. in d. c. significaverunt, sub n. 3. de testibus, quem ibi refert, & sequitur Abb. sub n. 10. Scaccia de appell. d. q. 5. art. 2. n. 109. Joan. Andreas in d. c. significaverunt, Speculator in tit. de appellat. §. qualiter, colum. 1. in fine, vers. item quod faciat iudicem, Immola etiam in d. c. significaverunt, Philip. Franc. in d. c. ut debitis, sub n. 9. ibi quando autem iudex denegasset, de appellat. dum affirmant, quod huiusmodi appellatio valet, cum in effectu interposita sit a gravamine illa-

45 to, non ab inferendo, & futuro, & quod revocatio, quae petitur, (quae est de futuro) non est gravamen, sed est revelatio gravaminis, illa enim denegatio praecedens fuit gravamen, a quo potuit appellari, & in majorem iudicis reverentiam, & decorem petitur revocatio: & facit, quod quando futurum gravamen trahit originem a gravamine iam illato, & appellatio interponitur ratione utriusque, valet, & tenet appellatio. Franc. ubi proxime, sub n. 9. limit. 2. Scaccia n. 113, qui alias scribunt limitationes, prout est in gravamine comminato, ut tunc possit appellari.

47 Et praefata doctrina adjuvari potest, ex eo, quod licet sententia lata sub conditione interim non possit exequi, quia nullum producit effectum, ea pendente, quia in suspensio est, & pendet a futuro eventu, tamen ab ea statim appellatur, & a tempore intimationis, vel scientiae currit tempus ad appellandum, quia licet effectus est de futuro, tamen gravamen consideratur de praesenti a quo trahit originem, l. 1. §. biduum, ff. quando appellatum sit, cap. biduum, in princ. 2. §. 6. & hanc rationem reddunt B. & alii in d. §. biduum, Nicol. Neapol. in leg. si cui legatur, §. 1. ff. de leg. 1. bene Jas. in dict. leg. 1. columna ultim. Bald. in leg. non dubium, colum. 5. opposit. §. C. de legib. per l. generaliter, post princ. C. de rebus creditis, gloss. in leg. si quis iniquum 3. §. 1. verbo expeditur, ff. quod quisque jur. ubi Bald. eam notat. Bald. post Innoc. in c. quoad consultationem, colum. 2. & vers. ulterius nota, de re jud. Panorm. in c. praeterea, col. 4. vers. & quamvis haec opinio, ubi Philippus Francus col. 3. de appellat. & ibi ceteri Doctores: affirmat Ozasc. decis. Pedemont. 146. optime post Franc. & alios, Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. a n. 104. cum sequentibus. late prosequitur Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. gloss. 10. n. 44. & iterum a n. 51. cum sequentibus. qui n. 54. affirmat: quod in tantum sententia conditionalis laedit de praesenti, ut si condemnatus, etiam ante conditionis eventum efficiatur de foro alterius iudicis; tamen adveniente conditione manet ligatus, ut tenuit Barthol. Brix. in questionibus venera. quest. 42. de quo tamen non nisi subditi: & ibi Panorm. de sentent. excommunic. & in c. Solentate, verbo sub excommunicationis 63. d. Archid. in cap. 2. de constitut. lib. 6. Joan. Andr. in cap. cum sunt, de reg. jur. eodem lib. Bald. in d. cap. praeterea, col. 2. vers. quare pendente & ibi Card. Alex. col. 2. vers. quod si late, de appell. Lapus alleg. 48. Magister columna 2. Panorm. in c. fin. colum. penult. & ibi quoque Ant. de offic. de leg. & Petrus de Anchar. in cons. 158. ex narratis, col. fin. & an jam condemnatus per laicum ad re-

consult. 48. tom. 1. & quid e converso si clericus relegatus efficiatur laicus ex identitate rationis; Franchis dicit puniendum a saeculari, Contrarium tenet ex stylo Neapolitano Genuens. ibi, quod nostri non est examinare nunc.

Unum tamen obiter (quia huc convenit) non omittam, quod licet quoad appellandum sententiae conditionalis tempus statim currat, non expectata conditione; tamen quod alios affectus tempus non currit ante conditionis implementum, ut in pulchro casu singulariter voluit Bald. in leg. data, columna ante penultima, versiculo sed pone aliquis fuit, Cod. qui accusare non possunt, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 54. ad fin.

Et ex supradictis pariformiter universalis deducitur regula, & conclusio, firmissime tenenda: ut etiam in istis casibus, in quibus juris permissione appellationi ejus defert, & sit a iudice deferendum, si ipsa appellatio minus legitime, minusve solemniter, vel alias nulliter interponatur, cum ut non interposita iudicetur delationem non meretur: & ejus virtute aditus supremus Senatus, vel vim non fieri declarat, vel non venire per ordinem, causaque iudici iterum remitti jubetur: appellatio etenim, qua juris solemnitate caret, vitiumque nullitatis patitur, non dicitur appellatio, nec iudicis jurisdictionem suspendit, nec causat attentatum, alisque omnibus juris effectibus evacuatur, notat Philipp. Franc. in cap. ut debitis, §. 1. num. 47. de appellatione. Guido Papae decisione 213. statuta, num. 6. & decisione 436. de appellation. num. 21. & in consilio 124. circa materiam, num. 3. versiculo ad secundum, & iterum idem Guido Papae in tractatu de appellation. questione 12. num. 18. Sebastianus Vantius in tractatu de nullitate, quando & intra qua tempora, numero 48. & in titulo de nullitate ex defectu jurisdictionis, ordinata. n. 142. Vitali in tract. de clausul. in clausul. nihil novari appellatio, pendet. n. 4. ubi post Joann. Monachum in cap. cupienter, §. diriguntur, subtiliter & eleganter posuit Bald. in consilio 367. ad evidentiam, in princ. lib. 1. Stephanus Aufreri. in addition. ad decis. Tholof. decisione ultima, circa medium, Socinus in consilio 45. visa sub n. 13. versiculo 8. dubitatio, lib. 1. Natta in consilio 606. approbo. lib. 3. n. 3. & Parisius consil. 108. de bono iure, num. 26. lib. 1. Joannes de Anania consil. 51. Roman. consil. 2. Cornaeus in consilio 15. attentat. litera C. lib. 3. & iterum in consilio 43. in hac consultatione, post principium, eodem lib. Ruinus in consilio 83. lib. 5. late Manfred. lib. 2. practicae conclusionum, super attentat. conclusione 177. prosequitur late Lancel. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 52. a princ. & a nu. 205. & n. 213. Rota decis. 3. alias 11. fuit dubitatum, in secunda addit. in princ. de appellat. in novis, Sigismund. Jofred. in cons. 20. in causa notab. num. 13. idem Manfred. ubi proxime, conbl. 188. Rota decis. 30. alias 190. quoad revocationem, de appellat. in novis, Porr. Immolens. in cons. 172. posterioris, n. 4. lib. 4. Capola cons. 64. concl. 1. in fin.

Delatio enim supponit appellationem tanquam subiectum necessarium, & praesumit, & ubi deficit appellatio, iudex nullo modo potest deferre, cum deficiat hoc casu causa materialis, super qua delatio posset se firmare, si quidem qualitas sine subiecto stare non possit, l. 2. ff. de usufruct. cum similibus, ita consideravit Lancel. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 3. nu. 38. & vide quae nos infra, 3. part. cap. 3. num. ... appellatio enim nulla sicut caret effectu ex supradictis, ita & nomine appellationis evacuatur, ut per lib. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. l. non putavit. §. non quavis, ff. de bonorum possessione contra tab. latissimè prosequitur Tiraq. in tr. de retract. ligna, §. 1. gloss. 2. a n. 5. & Petrus Surdus cons. 3. num. 12. cum pluribus sequentibus, & iterum in decisione 122. a n. 5. multos citavi infra. 4. p. c. 9. a princ. & ad finem: non enim sufficit, quod appellatio a iure permilla sit in aliquo

aliquo casu, nisi & ipsa appellatio solemniter legitime, & absque juris defectu proponatur, ex supradictis Doctoribus.

56 Et ex hac regula & conclusione inferri potest ad aliqua utilia usu frequentia. Et primo quod decem dies dati ad appellandum currunt sive a die notificationis, & intimationis sententiae latae, sive a die habita notitia, quae notitia non sufficit, ut condemnatus sciat laram sententiam fuisse, sed requiritur, ut sciat quomodo fuisse lata, aut pro eo, contra eum, & donec hoc sciat, dicti decem dies ad appellandum non currunt. Specular. in titulo de appellat. §. 1. vers. illud autem 2. fol. 184. Rebuffus in tractatu de appell. in praefatione, n. 69. art. 1. gloss. 1. sub c. 3. fol. 480. & 482. Cardin. Alexand. in cap. personis 4. sub n. 3. ibi, nec sufficit ut sciat, de appell. Felin. in cap. quoad nosulta, n. 22. vers. postremo circa curulum, & clarius n. 22. versiculo duodecima conclusio, de sententia, & re jud. Afflict. in tractatu de iure promiss. §. 2. n. 4. tomo 17. fol. 7. & Vanc. §. 7. n. 17. fol. 44. Maran. in speculo, 6. p. actu 2. princ. tit. & quandoque appellatur. q. 3. princ. vers. limita, num. 215. fol. 488. Natta consilio 51. viso processu, n. 1. lib. 1. & cons. 348. videtur 1. n. 1. & 2. lib. ubi quod debet certificari de tenore, & qualitate ipsius sententiae. Marc. Anton. Bald. tractatu de temp. util. cap. 3. sub n. 1. vers. hoc autem, in fin. tomo 5. fol. 212. & Doctores tractatu de restitutione in int. q. 69. art. 1. m. 2. in fin. Lanc. Rober. de attent. 2. part. 3. 12. limit. 5. num. 158. & ideo donec potuerit habere copiam sententiae, & tempus ad appellandum non currit, Francus in c. ex ratione 8. sub num. 2. de appell. & quando intimatio fit cum autoritate iudicis, sufficit intimare, & sententiam esse latam contra eum, licet tenor sententiae non inseratur, secus vero, quando fit absque autoritate iudicis, teste Natta d. cons. 348. n. 2. in fin. & n. 3. l. 2. quem referens sequitur Lancel. limit. 50. n. 160. & 161.

59 Et ita scientia, & notitia non praesumitur, nisi probetur per appellatum, cum in dubio praesumatur ignorantia, & sic semper appellasse intra decem dies, a tempore habita notitia. Philipp. Franc. in c. bone memoria 51. num. 10. de appell. Rota decis. 55. fuit conclusum, in fin. 3. p. 1. diversorum. Marquellan. tract. de commissio. 1. p. 60. de comm. appell. super diversis, c. 28. n. 64. fol. 304. in secunda impressione, quare abfens, qui post viginti dies a tempore latae sententiae appellat, praesumitur appellasse infra decem dies a tempore scientiae, quae cum non praesumitur, semper intelligitur stare intra dictos decem dies, dum sibi contrarium non probatur: late prosequitur Scacia de app. q. 12. a n. 24. & tenet Bellam. decis. 349. sicut praesumitur, n. 1. Felin. in d. c. quoad consultationem, sub n. 25. versiculo secunda conclusio, in fin. Menochius 61 in tr. de praesumptio. l. 2. praes. §. 5. vers. declaratur 2. n. 7. & quod sufficit scientia alias absque intimatione. Lanc. ubi proxime, de limit. 50. n. 161. Franc. in c. si quis sus. n. 46. vers. ulterius dubitatur, de appell. & non sufficit notitia ficta, & praesumpta, prout est, quae oritur ex intimatione ad domum, sed est necessaria notitia vera, ita Philipp. Franc. in d. c. bone memoria, n. 21. & 22. Scacia 63 ubi supra, sub d. n. 24. ubi aliud esse, quando ad sententiam quis quis fuit citatus ad domum, & postea intimatione sententiae iterum facta est ad domum.

Sufficit tamen, quod dum quis se praeparat ad intimandam sententiam, adversarius, cui est intimanda, non vult audire, tunc alia intimatio non est necessaria, ei enim tunc imputatur, ex quo per eum, & non per nuntiantem stetit, quominus intimatio fieret Scaccia 64 ubi supra, num. 34. per Philipp. Franc. in cap. fin. num. 47. versiculo quid autem si quis, de appellat. prout & generale est quod quando quis non patitur, ut citatio ad eum perveniat, vel aufugiat, habetur pro citato: textus in c. quoniam, §. porro ut lite non contestata, & voluit Cardin. Flo. post Eleaz. in quest. 13. in element. causam, de electione, & ibi Barba. columna 12. in parvis,

versiculo sed quid si tu vis, Rebuff. in tractatu nominationum, in 4. quest. n. 5. late Tiraquell. in tr. de retract. lignag. §. 1. gloss. num. 105. qui etiam loquitur, quando quis ad legendum se praepararet, & intimandus continuò aufugeret, facit textus cum glossa in leg. Labeo scripsit. ff. de contrahend. emptio.

Hinc cum facultas appellandi non veniat ultra dictos decem dies, & facta nulla sit ex supradictis DD. pariformiter appellationem emissam a falso procuratore, si dominus voluerit ratificare, facere tenetur intra dictos decem dies, aliàs ratificatio non valebit, ut post Innoc. tradit Millis in reperto. verbo ratificatio, vers. 2. fol. 338. sentit Innocent. in authentica hodie, n. 4. C. de appell. consuluit Guido Papae cons. 124. circa materiam, sub num. 7. vers. ad sextum, post Hostiens. Joan. Monach. & alios, per eum allegatos, & idem in tract. de appell. quest. 8. de appellat. Socinus cons. 45. visa appellatione, sub num. 10. vers. 5. probatur, Corneus, cons. 292. visi, colum. 2. lib. 3. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. a num. 53. & sequentibus Anton. Mez. tomo 2. variarum, c. 111. sub n. 30. versiculo 1. quod si quis appellavit, per singularem textum in leg. bonorum ff. rem ratam haberi, ubi adducit plures similes, & valde practicabiles casus, & etiam videndus Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glossa 10. a n. 87. cum pluribus sequentibus, fol. mihi 178.

Et adverte, quod hi decem dies currunt procuratori praesenti, vel cui facta est sententiae intimatio, cum quo lis agitata fuit, etiam domino absentem & ignorantem, & si praedictus procurator infra illud tempus non appellat, praedictat juri domini, & sententia transit in rem iudicatam, licet verum sit, quod si Procurator non est solvendo, succurrit domino per restitutionem in integrum, & tunc currit tempus a die notitiae sententiae ipsi domino, vel etiam ei succurritur, quando procurator fuit in dolo: latissimè per ampliationes, & limitationes prosequitur hunc articulum Lancel. Rob. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. a n. 80. cum pluribus, Scaccia (post haec scripta visus) in tr. de appell. q. 12. a num. 118. cum sequentibus.

Unum tamen cautelam in proposito non omitam, quod cum terminus ad appellandum currat, etiam intactis interlocutoriis, qui incipit, puta, a rejectione exceptionis per processum ad ulteriora, & aliis tacitis interlocutoriis, sive expressis, in quibus, si volueris appellare extra decem dies, petas a iudice repositionem gravaminis, & a denegatione poteris appellare ultra dictos decem dies a tempore primi gravaminis, & interlocutoriae, intra decem tamen dies a tempore denegatae repositionis computandos, ut docet Paulus de Castro in cons. 334. visa appellat. n. 6. lib. 1. & est mente Millis post Paulum, Abb. & Anton. in c. dilectus el. 2. electione, tenet Lancelot. Robert. de attent. 2. part. c. 22. dimitt. 50. a n. 66. & supra facit Rota decis. 5. alias 29. fuit dubitatum, de rescriptis in novis, quoad tempora, ut per ipsum Lancelot. ibi.

Attende etiam, quod huiusmodi decem dierum terminus uniformiter procedit in omni appellatione, etiam extrajudiciali, quia qui uti hoc remedio appellationis voluerit in extrajudicialibus, debet illam omnino interponere infra dictos decem dies, textus expressus in c. concertationi 8. de appellat. lib. 6. & ibi Anchara n. 1. nos ab. 2. Abb. in c. bone memoria 51. sub n. 10. differ. 13. & Philipp. Franc. sub n. 19. vers. 8. de appell. com. rursus idem Franc. in cap. cum sit Romana 5. versiculo ultimo nota, n. 5. & in c. 1. sub n. 10. versiculo sed dic notabiliter, de appell. Minlinger singula observat. centu. 3. observatione 11. solum, sub num. 1. Maranta in Speculo, 6. part. actu 2. princ. titulo & quandoque appellatur. quest. 3. princ. n. 213. in fin. fol. 488. Rugin. tract. de appella. §. 2. cap. 3. n. 13. 15. & 16. Natta cons. 606. n. 2. Gondizalvus de Paz in praxi, 6. p. tom. 1. in proemio, num. 16. fol. 188. Scaccia